

Rom. 3.19. Scimus autem, quæcumq; lex dicit, iis qui in lege sunt dicere: ut omne os obtineatur, & obnoxius fiat totus mundus condemnationi Dei. & I. Tim. 1.9. Hoc sciens nempe legem justo positam non esse, sed legis contemptoribus, & iis qui subjici nolunt, impiis & peccatoribus, &c. Hic legis subiectum ostenditur.

Item *Accusativi*, ad quos sese extendit aliqua actio vel passio. Psal. 147. vers. 6. *Jehovæ statum inat mansuetos.*

Item *nominata Adjectiva* quibus indicatur ad quos id de quo dicitur pertineat: ut cùm aliquid dicitur *commune* vel *proprium*: *universalis* vel *singulare*. Sic cùm dicuntur *miseriæ communes*, *dona communia*, *providentia universalis* vel *singularis*.

**S U B J E C T I** OCCUPANTIS notæ sunt, *Præpositiones in, circa, de*, quum intelligitur objectum in quo, seu circa quod persona, vel res aliqua occupatur, seu de quo agitur. Psalm. 1. vers. 2. *In Lege Jehovæ delectatio ejus, & in lege eius meditatur dies atq; noctes.* Rom. 1. vers. 2, 3. *Eius angelium Dei de Filio suo.* Euangelii subjectum occupans vel objectum est *Filius Dei*.

Hæ sunt notæ subjecti: sequitur

## CAP. XI.

*De notis adjunctorum.*

**A D J U N C T I** notæ sunt:

I. *Nomina adjectiva*, quibus significatur

D 4